Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



exo

Chanaan. Gomor aut decima ps
Itur profecta est ephi
est omnis multitudo. XVII
filiorum israel de deserto sin. per man
siones suas. iuxta sermonem do
mini. et castra metati sunt in raph
idim. ubi non erat aqua ad biben
dum plebi. Iam murmurabat contra
moysen aiens. Da nobis aquam ut
ut bibamus. Quibus ille respon
dit. Quid murmuratis contra me.
et cur temptatis dominum. Sitiuit ci
plebs ibi propter aquam et murmu
rabant contra moysen dicens.
Cur nos exire fecisti de egypto ut
occideres nos et filios nostros ac iu
menta nostra sitio. Clamauit autem
moyses ad dominum dicens. Quid faci
am plebi huic. adhuc paululum
et lapidabit me. Ait dominus domino
ad moysen. Antecede populum et sume
tecum de senioribus israel. et virgam
qua percussisti fluuium. tolle in ma
nu tua et uade. Ecce ego stabo co
ram te ibi super petram oreb. per
cutiesque petram et exhibit aqua ex
ea. ut bibat plebs. fecit moyses ita
coram senioribus israel. et uocauit
nomen loci istius. temptatio. propter
murmuratum filiorum israel. et quia temp
tauerunt dominum dicentes. Est
ne dominus in nobis an non. Venit
autem amalech et pugnauit cum israel i
raphidim. Dixit que moysen ad ie
sue. Elege uiros et egressus pug
na contra amalech. cras ego stabo
in uertice collis istius habens di
uinam uirgam in manu mea. fecit iosue ut locutus
est ei erat moyses et pugnauit contra
amalech. Moyses autem et aaron
et hur ascenderunt in uertice col
lis. Cumque leuasset moyses manus
superabat israel. Si uero paululum
subtrahisset superabat amalech.
Manus autem moysi erant graues.
Sumentes igitur lapi
dem posuerunt eum in quo sedit. Aaron
autem et hur sustentabant manus
eius extra que parte. Et factum est ut
manus ipius non lassarentur usque
ad occasum solis. fugauit que iosue
amalech et populum eius in ore gladii
Dixit autem dominus ad moysen
Scribe hoc in libro monumentum in
libro et trade in aures iosue. Deleo enim memoriam amalech de
sub celo. Edificauit que moyses altare
domino et uocauit nomen eius do
mus exaltatio mea dicens. quia manus
solius domini et bellum dei erit cum
amalech a generatione in generationem.
Cumque audisset XVIII
iethro sacerdos madian cog
natus moysi omnia que fe
cerat dominus moysi et israel plebi
suo. eo quod eduxisset dominus israel
de egypto. tulit sephoram uxorem
moysi quam remiserat et duos fili
os eius. quorum unus uocabatur
gersam. dicente patre. Advena fui
in terra aliena. alter uero eliezer. Deus
enim patris mei adiutor meus
et eripuit me de gladio pharaonis.
Venit ergo iethro cognatus moysi
et filii eius et uxor eius ad moysen in
desertum. ubi erat castra metatus
iuxta montem dei. et mandauit mo
ysi dicens. Ego cognatus tuus iet
hro uenio ad te et uxor tua et duo fi
lii tui cum ea. Qui egressus in occur
sum.